Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 204

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 3.



3

Joañis Gews Sermones octo. 251a – 274b

Joannis Gews Sermones octo. Rubro praefixum est nomen authoris Geyss. Primus incipit: "Erunt signa in sole &c. Karissimi postquam ut confido!" De authore dictum est in Cod. CLXXXI. n: 2.

Eccl.

Cod: CCIV.

Chartac: Fol: Soec: 15. 2 4.6.

Thomae de Haselbach Sermones de Sanctis.

Thomae de Haselbach Sermones /: seu ut in codice dicuntur :/ collationes de festis Sanctorum, et B: V: M:, a festo nativit: S: Joañis usque ad festum S: Catharinae. Primus incipit: "Audite insule &c Scitis hodie quia festivitatem colimus". Vix non de unoquoque duplex est Sermo, et quod miror, longe alia est collectio Sermonum ab illa, quae extat in Codice CLXXXV. n: 2. Id tamen non obstat, quo minus ejusdem authoris esse dicantur, licet apud eruditos nulla fiat mentio duplicis collectionis; nam quae in fine codicis nostri /: a capite ad calcem eleganter scripti :/ leguntur, omne de authore dubium eximunt. Nam finito de dedicatione templi Sermone rubrica est:

Thomae de Haselbach Epigrama. f. 292r

"Epygrama Thome de haselbach.

Gloria Sanctorum merces spectata pijorum
Scandere me fecit hoc opus eximium /
Vita beata necem quibus intulit atra potestas
Tyranis hominum sic populus domini

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 204

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 4.



(a) hic lacuna est.

Scandit ad alta poli perenni gaudet (a)
Sed sic promeruit regna beata patris.
Quos sibi nunc Xtus casto conjunxit amore.
Non mihi sed sum̄o laus sit in altis deo/
Memores ut nostri qui Sarcina pressi delicti
Precamur suplices omnes amore dei.
Talia celestes fieri preconia gaudent
Ut sua que valeat munia teste probent
Gloria magna patri. Semper tibi gloria nate
Pneumate cum Sancto gloria magna patri
Qui dedit ut possem. tantum subire laborem
Per quem ut faciat. libera corda sibi
Christus ut sic opto. peccati Seva potestas
Cedat amor Xtus forcia vincla donet.
Thomam et ipse tuum Synodium qui tibi Scripsit
Suscipe pro meritis visio Xte tui.
Virgo Maria tuis assistas alma tutelis/
Que sic post partum inviolata manes/
Subditum ut populum sic pascat dogmate Sacro
Et simul conscendam regna beata dei ꝛc"

Albertus & Sigismundus Duces Austriæ.

In assere antico referuntur hæc: "In die Sanctorum Johanis et pauli hora 3tia in mane sub pulsu primarum duces austrie albertus et sigismundus fecerunt infringi portam civitatis circa castrum nolentibus civibus aperire, recipientes suos stipendiarios domini duces ut dicebatur duo fere milia 1458 qui et prius plene VIIJ mille stipendiariorum Wienne habuerunt."

In assere postico enumerantur expensæ pro codice præsenti in hunc modum: "liber iste continet 24 Sexternos computando sexternum per 35 denarios sicut emptus est facit in toto 28 Solidos // de ligatura mediam libram 15 denę. Illuminatori quindecim denę. Anno domini MCCCC58 Wienne."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 204

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27540

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)